

1921 6 M 5209
SD 414311

PRAESIDENTE

IACOBO MILLICHIO ARTIS ME-
DICAЕ DOCTORE, RESPONDE-
BIT DE XX. PRIORIBVS PRO-
POSITIONIBVS M. CASPAR
PEVCERVS. DE SEQVEN-
TIBVS M. IOHANNES
NATHERVS CYG-
NEVS.

XXVII. Iunij.


VVITEBERGÆ.

ANNO

M. D. LII.



class. vno D. Sebastianus
Aurbach doctor. Artis Mro



W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

**Odręczny
spis tytułów**

SD 4122 II

SD 4123 II

SD 4124 II

SD 4125 II

SD 4126 II

SD 4127 II

Inc. 331

SD 4129 II

SD 4130 II

SD 4131 II

SD 4132 II

SD 4133 II

SD 4134 II

SD 4135 II

SD 4136 II

SD 4137 II

SD 4138 II

SD 4139 II

SD 4140 II

SD 4141 II

SD 4142 II

SD 4143 II

SD 4144 II

SD 4145 II

SD 4146 II

SD 4147 II

SD 4148 II

SD 4149 II

SD 4150 II

SD 4151 II

SD 4152 II

SD 4153 II

SD 4154 II

SD 4155 II

SD 4156 II

SD 4157 II

SD 4158 II

SD 4159 II


SD 4160 II

SD 4161 II

SD 4162 II

Inc. 331 b

Rkp. XVI wiek





In hoc libro contenta

- 1 Caxemes p. inera mediana, a de peste, Gab. f. yale p. 17. G.
- 2 Poptaria epigon medica, emde, Antierpie ad 62. L
- 3 Podagra liden elegiac p. Ed. Hesp. Plogitio, 31. C.
- 4 Febrio dialogis Hottentis, 14 brendin Luthon. A.
- 5 In C. Plinij l. 30 cap. 122. Magia Apologia Tuteny. G.
- 6 Masheoli test de artificiali memoria. A.
- 7 Ars memoriae Ge. Sibitij a pöniala alio. A.
- 8 Vithenta Exorata p. linn Cornarind. ad 45. Encl.
- 9 Nita ac Brabyla p. Vity. Exor. aspenanda p. iul. Aug. E.
- 10 Ad illibet calumnias Fudij, rufio Egenolphi. B.
- 11 Disputa de testam na a mial seminis na D. Roth a.
- 12 Disp. Wensley Baion q. D. Roth. Aet.
- 13 Disp. Hominij Shomney de morte Gori.
- 14 Disputa D. Amichatij de pignemoria. D.
- 15 Disputationes duae D. Rothae p. Dolorandis aliq.
- 16 Disp. D. Amichatij, de 180 Comitah.
- 17 Disp. Casp. Naey de Phebomina. ad 48.
- 18 Disp. D. Fendij, p. Rerpadhero doctorendo.
- 19 Disp. D. Menney de catharus, rudente Pehio. ad 49. C.
- 20 Disputa D. Roth cum Pochroffis de Thelamgha alio.
- 21 Allocatio a purgatio Sumat D. Naey, ad 51. C.
- 22 Disp. de plegione, 1 Hamilleij & Flacij.
- 23 De lotione a balneis D. Amichatij & Masheolis. E.

24. Dissertat. B. Jacobi Titichij & Sincero & Nathero.
25. Diss. P. Rell, & Bodrio, Nachholdo.
26. Diss. de causis febrind in græc, V. Clavij.
27. Diss. P. Svin: Scheitij de Archi Tri notica.
28. De sang & pituita V. Peembach & 3 Valtore
29. V. Peembach & dore & Quæst medica (D
31. De calore & spirit naturo diss. Mennerq & Steinnich. C.
32. De nino & eius quatuor V. Hoffmann & Scheitij
33. De lute diss. Hufsen & M. Baroth. 34. Esstasis Strack
35. Elementa Hipp. & Gal. V. Peembach & M. Baroth.
36. Reta moderatj ratio V. Mennerq. C.
37. Cæ & principia certitudinis V. Titij Regionoh. C.
38. Dissertat. de peste naturo diss. Lamm, Faysen.
39. Ougo & ca petri & Bernhardi Eincedling
40. Cinc & Scholentz V. Hermin Steinnich 41. V. Kontmann.
42. Von ungeliefen. 43. Vom Meinen ^{broch} melf
44. Facchia & mores mense carum 45. Caphys V. Petroni. E.

1721 6 M 5208 SD 4143 II

PRAESIDENTE

IACOBO MILLICHIO ARTIS ME-
DICAЕ DOCTORE, RESPONDE-
BIT DE XX. PRIORIBVS PRO-
POSITIONIBVS M. CASPAR
PEVCERVS. DE SEQVEN-
TIBVS M. IOHANNES
NATHERVS CYG-
NEVS.

XXVII. Iunij.

VVITEBERGÆ.

ANNO

M. D. LII.



class. vno D. Sebastiano
Aurbach doctor. Aras Mro

M. CASPAR PEVCER.

I **T**VMOR praternaturalis est distensio alicuius particulæ corporis uel plurium, ex humore uel flatu illic coaceruato.

II Si fuerit sanguis, nondum tamen putrescens nec inflammatus, sed calefactus tantum ut ueluti ferueat, gignit quæ vocantur *ἔξανθήματα*, seu eruptiones papularum. Et pro uarietate mixtionis cum reliquis humoribus in forma & colore diuersas producit differentias.

III Nam si tenuis fuerit sanguis papulas sicciores & rubentes. Si tenui pituita mixtus, *ιδρώα* seu sudamina uocata gignit. Si crassior extiterit & simul putruerit, tum si misceatur tenui bile, morbillos uulgo nominatos. Si tenui pituita, uariolas procreat, Pertinent autem hæ differentię omnes ad *ἔξανθήματα*.

IIII Si uero sanguis in tumore collectus inflammatur, aut priusquam influxit accensus est, *φλεγμονάς* commouet. Quarum discrimen multiplex, prout sanguis uel purus est atq; impermixtus, uel cum humoribus cæteris confunditur. *φλεγμοναί* magnitudine inflammationis auctæ in gangranas degenerant, hæ tandem in *σφακέλους* desinunt, qui uitam sensumq; membri prorsus extinguunt, & differrunt a *νεκρώσει* causa efficiente.

V De inflammationum genere sunt furunculi seu *δορδινες*, *φύματα*, *φνγθλα*, *βοδώνες*. Furunculi oriuntur ex sanguine aliquantulum uisto. *φύματα* seu pani ex sanguine modica pituita diluto, quæ idcirco celerius augescunt & ad suppurationem perueniunt. *φνγθλα* sunt aut *φλεγμοναί* *ἔρισυπέλατωδες*, aut *ἔρισυπέλατα φλεγμονώδη*. Fiuntq; ferè in glandulosis partibus.

VI Bubones fiunt, ubi ad inflammationem etiã putredo accesserit, hiq; uel pestilentes sunt ut ferè, uel non pestilentes

pestilentes. Differunt autem utriq[ue] tum materia, tum modo putrefactionis.

VII Quod si flaua bilis, aut ut Galeno placet, sanguis cum bile mixtus calefactusq[ue] plus iusto, aut solus sanguis feruentissimus & tenuissimus ad summam cutem effusus fuerit, faciet ἐρισύπτελας ἀκριβέας.

VIII Sunt & aliæ differentię erisypelatum secundum gradus mixtionis cum alijs humoribus, & prout in summa cute uel profundioribus partibus uersus subiectas partes tumor consistit. Inter eas sunt ἐπινυκτίδες, quæ ex bile cum melancholico sanguine mixta & incensa in aliqua particula erumpunt.

IX Si uero accesserit inflammatio, Erisypelas ferum. Si putredo, herpes fiunt, qui uel in superficie hærent & uocantur herpes simplices, Celsus ignem sacrum nominat, uel subiectas cuti partes occupant ac depascuntur, & ἐοδιόρρωτοι appellantur. Hi ex crassiore, illi ex tenuiore bile ortum habent.

X At bilis tenui pituita diluta & putrescens, herpetem efficit, qui κερχρίας ἐκ κερχρίωδους dicitur, quod in summa cute pustulas milij granis similes excitat.

XI Tumores ex pituita ortos διδύματα nomine ueteres notarunt.

XII Horum differentię colliguntur, uel ex consistentiâ humoris phlegmatici, uel ex qualitatibus, uel ex accidentibus reliquis.

XIII Si phlegma humidius & aquosius in tumore coaceruatum fuerit, & nondum inflammatum, διδύματα ἀκριβέας creat. Parum inflammatum φλυκταίνους inducit, quæ sunt pustulæ aquarum bullis similes in summa cute.

XIII Crassius & uiscosius phlegma, & uel duratum calore, uel frigore concretum, phlegmaticos Scirrhus gignit. Inter quos sunt strumæ seu χοιβάδες id est, adenes
A ij indurat

iudicati, Nodi, Calli, Clavi, Vari, Verrucæ, quarum aliæ
latiore sunt basi & contrectatę dolorem moriui formica-
rum similem inferunt, unde *μυρμικία* uocantur, aliæ basi
tenuiore, ut uelut suspensæ uideantur, *ἀνδροχρόσινες*,

XV Crassius phlegma & liquidum apostemata parit,
ut *ἀρεθώματα*, *σπαθώματα*, *μελικηρίδας*. Quæ etfi quandoq; ad
phlegmonas consequuntur & erisypelata, materia harum
in pus uersa, tamen sæpe sine his fiunt, uel humore aliquo,
uel spiritu flatuoso, aut generato in ipsius affectæ parti-
culæ corpore, aut aliunde eo delato, & dislingente ea, quæ
prius se contingebant.

XVI Ex tenui pituita *ψιδράκια*, ex falsa *λειχάνες* seu im-
petigines oriuntur.

XVII Eodem modo & de Melancholicis tumoribus
iudicandum est.

XVIII Atra bilis nec inflammata nec putrescens, sed
in tumorem congesta, *σκήρους*. Inflammata uero & ac-
censa, sed non putrescens, Cancrum, & si ui inflamma-
tionis efficiatur acrior, Cancrum ulceratum generat,

XIX Si uero putrescat, sed non inflammetur scabie
seu *ψώρα*, Lepra, Elephantiasi, uiriliginum generib., ut sunt
ἄλφος & *λευκή*, corpora foëdat, differunt hæc materiæ qua-
litatibus. Si & putrescat & inflammetur, carbunculum in-
fert aut Elephantiasin feram, quæ non solam cutem, sed
subiectas carnes consummit ac depascitur, & ad ossa usq;
penetrat.

XX Flatuosi tumores seu *φυσήματα*, oriuntur ex flatu-
bus collectis sub cute, membrana carnea, uel ijs mem-
branis quæ ossa, musculos, aut uiscera tegunt ac uestiunt.

M. Iohann.

M. IOHAN. NATHERVS CYGNEVS.

XXI **I**N Apoplexia & Epilepsia etiam est coaceruatio humorum in cerebri uentriculis facta, hæc tamen ad obstructiones, non ad tumores referri debet.

XXII Et si .n. in omni tumore præternaturali *συνώσις* est seu coarctatio, & uel *πυκνωσις* seu condensatio & constipatio, uel *ὑμφραξις* seu obstructio, quæ τῆς *συνώσεως* species sunt, differt tamen toto genere tumor ab Apoplexia.

XXIII Tumor est morbus compositus, Concurrent enim in omni tumore tria morborum genera *δυσκρασία*, *ἀμετρία*, & *συνεχίας λύσις*. Humor tumorem mouens, & mala qualitate præditus est aut ea mox ubi definitis a natura locis excidit afficitur, eademq; intemperie particulam imbuat, & augeat molem membri, mutatq; formam natiuam eo in tumorem eleuato, & disiungit quæ natura coherant, & contigua sunt uel continua.

XXIII Apoplexia, quæ sic ex accidente nominatur propriè nec intemperies est, nec soluta unio, sed morbus *ἐκ ἀμετρίας*. Nimirum obstructio ab humore copioso, Frigido, Crasso, & uiscido facta, qui occupato & uelut obturato principio neruorum prohibet uim animalem ferri ac penetrare in neruos.

XXV Fit autem hæc obstructio subito, cum humor, qui in uentriculis anfractibus & corpore cerebri, aut uenis etiam collectus est, uel calore dissolutus ac fusus, uel frigore uiolenter expressus, uel ab ipso cerebro alijs causis irritato motus atq; agitatus, irruiat in uentriculos cerebri & caetera spacia confertim, eaq; opplet.

XXVI Sequitur hanc obstructionem mox, ut & cerebri dilatatio atq; contractio cesset, quod humor infarctus meatibus distendi eos atq; coire rursus non sinit. Et agitatio spirituum desinat uis interclusis, et nulla amplius uis animalis pertingat in neruos.

A iij Quare

XXVII Quare motus deficit sensusq; in toto corpore .
Vnde & spirationem laedi necesse est , aut totam (si sit
obstructio uehemens,) aboleri. Quod hanc efficit motus
voluntarius diaphragmatis & musculorum pectoris.

XXVIII Quanq; autem nerui ex spinali Medulla pro-
pagati plurimis corporis particulis motum sensumq; tactus
impertiunt, tamen cum medulla ipsa ex cerebro tanq; fonte
oriatur, indeq; uim animalem accipiat, sequitur toti cor-
pori uim omnem sensitiuam & motiuam a cerebro suppe-
ditari.

XXIX Affectio ergo cerebro omnes nerui corporis
afficiuntur, quod non accidit initio spinalis medullæ laeso .
Tunc enim illi tantum nerui affliguntur, qui ex stipite in
subiectas partes deriuantur.

XXX In Epilepsia idem locus patitur, & idem humor
morbum ciēt, qui uel phlegmaticus est uel Melancholicus.

XXXI Sed differt Epilepsia ab Apoplexia, quod in
Apoplexia praesertim forti, cerebri motus prorsus cessat, aut
ita laborat, ut nisi liberetur ab humore infestante mox
pereat. Et nulla uis animalis in neruos defluit propter ue-
hementiam obstructionis a copioso humore factam non
in meatibus solum sed & corpore.

XXXII Epilepsia oritur a uitioso cerebri motu, qui
fit, cum cerebrum ab humore crasso uiscido non tam meatus
ceteros & corpus ipsum, quam solos uentriculos obstru-
ente irritatum, contrahit sese, & luciat cum humore in-
festante, incumbitq; in eius expulsionem. Ad hanc cerebri
contractionem conuelli neruos necesse est,

XXXIII Comitantur autem dissimilia symptomata utruq;
morbum, Illum cum desinit esse uniuersalis. *παρὰ πᾶσι*
Hunc neruorum conuulsio, quæ tanto est uehementior,
quanto obstructio in cerebri uentriculis maior & conatus
cerebri in excutiendo fortior fuerit. *παρὰ πᾶσι*

XXXIII *παρεσβις* vocatur cum non totius corporis partes, *ἡμιπληγία* cum unum latus dexterum uel sinistrum, *παρεσβις* cum unum aliquod membrum, *κυνικός πᾶσμος* cum nerui inserti musculis fatiei & ijs qui *μασσητῆρες* uocantur, resoluuntur sensu motuq; amisso.

XXXV Quando uniuersæ corporis partes, quæ sunt sub fatie, partibus fatiei non affectis resoluuntur, tum affectio primaria in initio spinalis Medullæ existit, sic de cæteris.

XXXVI Eodem modo de Vniuersali & Particulari conuulsione iudicandum est.

XXXVII Est autem *πᾶσμος* seu conuulsio affectio, quæ neruos musculosq; præter voluntatem in eum cogit & torquet situm, in quem ab animali facultate, cum naturalem seruarent habitum ducebantur.

XXXVIII Vniuersalis conuulsio fit primo neruorum principio læso, ut in Epilepsia, quam ciēt affectus uel in ipso cerebro consistens κατ' ἰδίῳ πάθει, uel ex osculo uentriculi aut alia particula læsa cerebrum offendens κατὰ συμπίθειαν, alteratis continuatōne quadam neruis.

XXXIX Spasmi particulares existunt neruis ipsis, aut ea cerebri uel spinalis Medullæ parte affecta, ex qua enascuntur nerui.

XXXX Causa omnium 'est uel inanitio' uel repletio secundum Hippocratem, his Galenus & cæteri addunt malignam qualitatem neruo impressam, & talem conuulsionem uulgo vocant Spasnum non proportionatum ad materiam.

FINIS.

XXIII. Quod si quis dixerit, quod non sit deus, sed
solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,
et non sit deus, sed solum corpus, et non sit deus,
sed solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,

XXIV. Quod si quis dixerit, quod non sit deus, sed
solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,
et non sit deus, sed solum corpus, et non sit deus,
sed solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,

XXV. Quod si quis dixerit, quod non sit deus, sed
solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,
et non sit deus, sed solum corpus, et non sit deus,
sed solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,

XXVI. Quod si quis dixerit, quod non sit deus, sed
solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,
et non sit deus, sed solum corpus, et non sit deus,
sed solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,

XXVII. Quod si quis dixerit, quod non sit deus, sed
solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,
et non sit deus, sed solum corpus, et non sit deus,
sed solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,

XXVIII. Quod si quis dixerit, quod non sit deus, sed
solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,
et non sit deus, sed solum corpus, et non sit deus,
sed solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,

XXIX. Quod si quis dixerit, quod non sit deus, sed
solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,
et non sit deus, sed solum corpus, et non sit deus,
sed solum corpus, et non sit deus, sed solum corpus,

FINIS



